

V c
5104





SERENISSIMO. CELSISIMO QVE.
PRINCIPI. AC. DOMINO.

DOMINO. JOHANNI. GEORGIO. III.
SAXONIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. ET. MONTANIÆ. DUCI,
LANDGRAVIO. THURINGIÆ. MARCHIONI. MISNIAE. ET. LUSATIAE.
UTRIUSQVE. COMITI. DE. MARCA. ET. RAVENBURGO,
DYNASTAE. IN. RAVENSTEIN.

ETC. ETC. ETC.

AXIOMATIS. ELECTORALIS. SAXONICI.
HEREDI. AVGVSTISSIMO.

ETC. ETC. ETC.

DOMINO. PRÆCLEMENTISSIMO,
SVO.

CUM. PRIMVM. FVRI. DICVNDQ. SVPREMVS.
PRÆSES. PVBLICE. ADSIDERE. COEPISET.

MENSE, FEBR. CLD IDC LXIII,

INTER, ADPLAVSUS, SUBDITORVM. COMMVNES.

QVAM. HUMILIMA. ANIMI. SVBFECTIONE.

ITA. GRATVLATUR.

SERENIS. ELECTORAL. SAX. DOMVI.

SERVVS. DEVOTISSIMVS.

CHRISTIANVS. Schütz.

DRESDÆ.

STANNO. BERGENIANO.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded and obscured by water damage and staining.



hic est, progenies Superum, Celsissime
Princeps,

S Imperii sidus, roseis splendoribus ipsa
Purpurei referens convexa nitentia templi,
Culmina coelorum penetrant, summoque fe-
runtur.

Cardine, nec radios humili statione recondunt
Illustres animæ, superis è sedibus ortæ.

Et velut igniconus Titan, sub frena jugales
Cogit ubi croceos oriens super æthere, nullis
Nubibus imbriferis foedatò, claudere nescit
Puniceas terris flammæ; sed lampade lustrat
Omnia fulgenti latè, simul atq; benignis
Torpentes recreat mundi fervoribus orbes:
Sic suppar Soli virtus, quæ celsa fatigat
Pectora perpetuò, passim diffundere gaudet.
Omnibus aureolum splendorem, vimq; stu-
pendam

Summis atq; imis vasti per climata mundi
Reddere cernendam populis adnititur; ipsis
Quin etiam primis annis, ubi mentibus altas
Nondum radices adfixit firmiter. Inde
Fertur Alexander Magnus, crepitantibus
armis

Qui domuit Porum, cum prospera sæpè
Philippi

Acci-

Acciperet, lætos inter fudisse sodales
Innumeras lacrymas, & planctibus avrea
multis

Impleviffe suis infavstis sæpius astra,
Nil sibi vincendum Patris virtute relinqui.
Scilicet urgebat sublimis pectoris ardor.
Ipsum præduris stimulis, ut maxima tantum
Quæreret, antè genas quàm flos juvenilis in-
umbret,

Oraq; ridenti lanugine nubilis ætas
Vestiat & terris ostenderet omnibus altum
Indolis innatum robur. Qvis laudibus aptis
Condecorare potest, quamvis Pæane rece-
pto,

Principis Enfigeri nostri insuperabile ger-
men,

Expressumq; DEI simulacrum ? (adsurgite
Musæ!)

Hic Princeps senium juvenili in corde re-
condit.

Nam vix intuitus flãmantia lumina Phoebi,
Ilicet avgustæ mentis dispergere dotes
Suscipit illustres, & quid sit Principe di-
gnum

Clarius ostendit. Clementia, nescia fraudum,
Quæ sibi magnificas aras in pectore fixit
Avgusto, & pietas jampridem parturit am-
plos

Fru-

Fruetus, ac diu sua commoda fundit acu-
men.

Virtutes reliqvas, qvas nec ventura filebunt
Lustra, nec ignotâ rapiet sub nube vetustas,
Non, mihi centenis resonent si vocibus ora,
Multifidusqve ruat centum per pectora
Phoebus,

Enarrare qveam condignis laudibus un-
quam.

Has ubi cognatis Astræa tuetur ab astris,
Continuò frontem limbo velata pudicam
Deserit Autumni portas, quâ vergit in Av-
strum

Signifer, & noctis reparant dispendia Chelæ,
Atq; perantiqva Dresdæ se moenibus infert,
Quâ pia sceptrâ tenet splendoribus astra
laceffens

Saxo, Pater patriæ nostræ Celsissimus. Ipsam
Alma Soror seqvitur Clementia gressibus
æqvis,

Cumqve fide pietas, ramis insignis olivæ.
Sed levibus perquam plantis ingressa pe-
nates

Prælustres, reperit volventem pectore ma-
gnas

Pro patriâ curas per Saxonis ora futurum
Lata Ducem; inde replent ipsi mox gaudia
mentem.

Ut

Ut verò adspexit fulgentia Virginis ora,
Cognovitq; Deam Princeps, certissima cæli
Astrigeri proles, vultus veneratur amicos
Protinus, & facili declarans gaudia motu
Occurrit, pariterq;ve suam dat jungere dex-
tram.

Infit Diva prius verbis: Sincera bonorum
Congeries, in quo veteris vestigia recti,
Et ductos video mores meliore metallo,
Regia Majestas frontis, quâ sideris instar.
Undiq; flammigeri fulges, simul igneus ille
Sat Tuus est notus vigor, & coelestis origo
Seminibus; Coeli domus obstupet indolis
altæ

Vires ipsa Tuæ; curæ quàm sit Tibi semper.
Fasq; piúm; DEUS, qui respicit omnia solus,
Lætior æthereâ dudum perspexit ab arce.
Ergò decus coeli, terrarum splendor, honos-
q;ve,

Aggredere, & nostro penitus Te trade labori,
Et tanquam trepidæ fidus perdulce carinæ
Mox ostende Tuis populis Te, Maxime
Princeps

Ac astris cognate, poli cui sidera blandis
Nexibus, & tacito conspirat foedere mundus
Totus. Nonne vides jubar immortale The-
mistos,

Lüttichaviaden, & coetera Lumina terræ

Misni-

Misniacæ, juris summi qui culmina servant,
Teque suis oculis gaudent spectare Chora-
gum?

Sic dicente Dea, Princeps suscepit habenas,
Et petiit primò Astrææ celsissima templa.
Nunc ubi cum reliquis Juris Legumq; peritis
Robore consilii moderatur publica rerum,
Et quæ svadet amor patriæ; quæ dicat ho-
nestas;

Quæ legum decreta monent; quæ maxima
Jovæ

Gloria; quæ miseranda rogant discrimina
vulgi,

Promptus semper adit, nec Eum tot limina
rerum,

Aut tantum conturbat onus; sed ut altus
Olympi

Vertex, qui spatio ventos hyemesq; relin-
quit,

Perpetuum nullâ temeratus nube serenum,
Celsior exurgit pluviis, auditq; ruentes
Sub pedibus nimbos, & rava tonitrua cal-
cat:

Coelica sic mentis vis tanta negotia tractat.
Libera, consimilisq; sui, justiq; tenorem
Flectere nil unquam cogit. Sub Numine
tanto

Imperium dulce est; ultrò gens subdita pareat
Cun-

FX 7c 5104
Cunctis mandatis; fitq̄ve observantior æqui
Tum populusq̄vivi, oculis cum viderit ipsum
Auctorem justum perq̄vã; componitur
orbis

Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita Regentis.
Ergò DEUS, coelum & terras qui Numine
torq̄ves,

Usq̄ve Tuum defende Ducem, patriæq̄ve Pa-
rentem.

Usq; novum juris defendas huncce Patro-
num,

Nostri qui terris mox aurea secla reducet,
Et patriæ fessis succurret destina rebus;
Ut decus Aoniæ conservent Palladis artes
Antiquum; tutis Ecclesia sancta sub umbris,
Et pia religio recubent; ridentibus atq̄ve
Astris tota magis crescat Respublica nostra!
Floreat, & nullo marcescat fidere Ruta,
Dispergatq; nemus, gratâ quod Saxonas um-
brâ

Non tantum, & Myros populos foveatq̄ve
tegatq̄ve,

Sed totum, quâ stat pietas, quoq̄ve recreet
orbem!

F I N I S.



no

ULB Halle
004 824 423

3



WDA





n. 4, 4.

Vc
5104

SER
DOMINO
SAXONIÆ. JUL
LANDGRAVIO. TH
UTRIUSQVE.

AXIOMA

D

CUM. PRI
PRA

INTER, A

SER

QVE.

ORGIO. III.
NTANIÆ. DUCI,
SNIAE. ET. LUSATIAE.
RAVENSBURGO,
IN.

SAXONICI.
O.

SIMO.

. SVPREMVS.
EPISET.

COMMUNES.
ONE.

DOMUI.

itz.

